



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo, Cantori, & magistro P. de Corbolio Parisiensi Canonico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

constitutionem Metropolitanis indulxit ut eos qui consecrari contempserint, post præfinitum tempus ex illius constitutionis licentia possint dejicere, ut nusquam de cetero valeant consecrari. Nec dicitur Eccle. viduata, quasi sponsum non habeat; sed quia cum sponsus ejus nondum sit consecratus, adhuc quoad quadam quasi viri manet solatio destituta. Ne verò novum aliquid super hoc statuere videamur, quod contra venerabilem fratrem nostrum Patriarcham Antiochenum & L. Tripolitanum dictum Episcopum in simili casu sedes statuit apostolica, præsentibus literis fideliiter duximus exprimendum. ANTIOCHENO Patriarchæ &c. Cùm ex illo &c. Extat suprà numero L I. j L. dicto Tripolitano Episcopo. Cùm ex illo &c. Extat suprà numero LII. j Datum Romæ apud S. Petrum V. Kalend. Maij.

*E P I S C O P O , C A N T O R I ,
& magistro P. de Corbolio Parisiensi
Canonico.*

Epist. 119.
Vñ Bernardus de
Insula in Cano-
nicatu Torna-
censi per illos
descendatur.

Confirmationis nostræ manum in his quæ per prædecessores nostros non sine maturitate consilij novimus instituta, necnon & ex eorum auctoritate pariter & mandato fortita sunt effectus debiti complementum, non tantum libenter apponimus, verum etiam in eos qui ad institutiones hujusmodi eludentas in contradictionis & rebellionis aculeum eriguntur, graviter, sicut tenemur, insurgimus ad vindictam; ut sic rebellioni & superborum contumacitas elidatur, & Ecclesia Romanæ institutio, submoto cujuslibet temeritatis obstaculo, sua gaudeat libertate. Tenor siquidem literarum dilecti filii H. Decani Parisiensis, quas felicis recordationis Celestino Papæ prædecessori nostro tanquam nobis directas accepimus, nos instruxit, quod mortuo in Urbe bona memoriae magistro Henrico de Sognies Canonico Tornacen. Ecclesie, præbendam ejus dilecto filio Bernardo Clerico de Insula de sedis apost. benignitate concessit, eumque de ipsa per annulum propria manu investiens, præbendam ipsi confirmavit eandem. super quo tam venerabili fratri nostro Tornacen. Episcopo quam dilectis filiis Decano & Capitulo Tornacen. districte præcipiendo mandavit ut factum suum in hac parte irrefragabiliter observantes, præfatum

Bernardum in suum Canonicum admitterent & in fratrem; inhibens etiam illis ne ad præbendam illam aliquem alium in fratrem assumerent. Scriptam præfato Decano quam bona memoriae P. Cantori Parisiensi cum districtione præcepti, ut eis in hujus mandati executione cestantibus, ipsi auctoritate apostolica suffulti, nonobstante contradictione vel appellatione cujuslibet, quæ præmissa sunt exequi non tardarent, atque ipsum in possessionem præbendæ illius corporaliter inducentes, facerent eum nihilominus possessione queta & integra fructuum perceptione gaudere. Eos insuper qui institutioni ejus ac investituræ tam solemniter factæ se ducerent opponendos, per districtionem ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo competentes, si quid fortè interrim in ipsius Clerici præjudicium de illa fuisset præbenda statutum, penitus irritarent. Verum memoratus Decanus, sicut ei de ipsius rescripti auctoritate licebat, solus executioni horum diligenter insistens, non semel sed saepius suis literis destinatis eo ordine, quo decebat, Episcopum & Capitulum attrentè communiuit, ut præceptum apostolicum quantocius adimplentes, dictum B. qui de præbenda Tornacen. vacante per manum apostolieam, sicut dictum est, investituram acceperat, in choro & in Capitulo tam liberaliter quam libenter admitterent, & præbendæ fructus ex integro absque omni difficultate conferrent. Episcopus verò, licet saepè tam literis quam viva voce commonitus ab eo, ut decuit, semper exhibuit se rebellem, nullatenus volens institutioni apostolicæ consentire. Sed tamen Parisiensis veniens, cum prædictus B. vehementer instaret, præsente te frater Episcope, necnon & dilecto filio Abbatæ sanctæ Genovefæ procuratore ipsius Episcopi Tornacen-sis, cum multis aliis religiosis & honestis personis, post multas altercationes & rationes hinc inde propositas, de communis consilio magistrorum prudentium & jurispritorum, qui vocati ad litem convenerant decidendam, cum allegationes prædicti Episcopi nullam vim aut vigorem haberent, saepatum B. auctoritate apostolica sententialiter in corporalem præbendæ illius possessionem induxit; eo modo laborans quod Decanus ipse totumque Capitulum Torna-

I ij

cen. eundem Clericum in fratrem & Canonicum suum communiter receperunt, & adhibitis solennitatibus quæ debent in admittendis Canonicis adhiberi, statuum in choro & locum in Capitulo ei libenter assignarunt: ita quod statim & deinceps, sicut & reliqui, juxta consuetudinem Ecclesiae, plena & integra perceptione fructuum est gavisus. Et ut mandatum apostolicum ex ordine completeretur, idem executor quicquid circa Hulvinum ipsius B. adversarium vel alium ab Episcopo vel quolibet alio forte fuisset in ejus præjudicium atten-tatum, cum ipso Capitulo Tornacen. penitus irritavit; solo Episcopo in sua rebellione contumaciter perdurante. Nos igitur quod ab eodem Decano au-toritate apostolica providè super his omnibus est statutum, debitum volen-tes effectum sortiri, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, & di-strictè præcipimus, quatenus si idem Episcopus vel Hulvin. sive alius præno-minatum B. Canonicum Tornacen. su-per illa præbenda, quam ipse tam so-lenniter est adeptus, post monitionem vestram duxerint impetendum, aut pe-missionem præbenda qualibet occasio-ne turbandam, eos per severitatem di-strictio[n]is ecclesiastice omni contradic-tione & appellatione cessante com-pescere nullatenus omittatis; nihilo minus facientes ut prænominatus Epis-copus suum in hoc velit adhibere con-sensum. Nolumus enim, sicut nec sie-ri conuenit, ut apost. sedis institutio-nam solemniter celebrata, & tot tanto-rūmque virorum approbationibus & sententia unanimi roborata, temeritate seu contradictione quorumlibet infir-metur, aut factum, quod de tanti con-silio maturitate ac provida consideratio-ne processit, in recidiva questionis scrupu-lum relabatur. Nullis literis obstan-tibus harum mentione non habita &c. Quod si omnes &c. tu frater Episco-pe cum eorum altero &c. Datum Romæ apud S. Petrum III. Kalend. Maij, pon-tificatus nostri anno primo.

LAMECEN. EPISCOPO,
& G. monacho quondam Episc. Lamecen.
& Priori de Ecclesiola.

Epist. 119.
Vt canam in-
ter Bracarensem
Archiepiscopū

C Vm venisset olim ad apostolicam sedem N. Canonicus S. Martini de Castro, nobis exposuit quod bona[m] me-

moriæ quondam Bracaren. Archiepi-scopus de consilio fratrum & Canoni-corum suorum assensu, Illustris quoque Portugal. Regis A. & uxoris eius M. Reginæ precibus inclinatus, Ecclesiæ sancti Martini de Castro privilegium exemptionis indulxit, & eam ab omni iure episcopal[i] prorsus absolvit. Propter quod possessionem quandam in villa de Molas, & duo casalia in terra de Regal-dos, ex quibus tantundem vel eo am-plius percipiebat Ecclesia, dictus Archi-episcopus in recompensationem accepit; sicut in privilegio continetur, quod per sedem apostolicam fuit postmodum con-firmatum; ita quod eadem Ecclesia Ec-clesiae Romane certum censum annis singulis exhiberet. Veram è contra ve-nerabilis frater noster Archiepiscopus Bracaren. afferuit quod eadem Ecclesia, cùm adhuc parochialis existeret, & post-modum cùm per I. quondam Bracaren. Archiepiscopum facta esset canonica re-gularis, iura episcopalia Bracaren. Ec-clesia persolvebat. Tandem verò Ca-nonici ejusdem Ecclesiæ dicto Archi-episcopo duo casalia conferentes, rela-tionem juris episcopal[is] pro parte qua-dam impearunt ab eo. Sed dissen-sione postmodum super hoc exorta, iidem Canonici casalibus prædictis receptis, iura episcopalia memorato Archiepisc. & successori ejus diutiū persolverunt. Adjecit etiam idem Archiepiscopus quod ipse ab eadem Ecclesia, sicut ab aliis monasteriis Bracaren. diocesis, iura pa-rochialia & procurations annuas ali-quandiu recipiſſet: quæ cùm ſibi præ-sumpſſent postmodum denegare, post primam, ſecundam, & tertiam commo-nitionem, suspensionis in Priorem & in monasterium interdicti ſententiam pro-mulgavit, ac postmodum tam Priorem quam Conventum, quia ſententiam ipſam ſervare nollebant, excommunicatio-ni ſubjecit. Cùmque postmodum co-ram dilecto filio G. sancti Angeli Diac. Cardinale, qui tunc in partibus illis le-gationis officio fungebatur, quæſtio ſu-per hoc fuisset aliquandiu agitata, & tandem * venerabili fratri nostro Prio-ri sanctæ Crucis ex ipſius delegatione commiſſa, pars adverſa lite pendente ad apostolicam ſedem accedens, veritate tacita confirmationem prædicti privile-gij impetravit. Allegabat etiam idem Archiepiscopus ex privilegio taliter im-

& Canonicum
S. Martini de
Castro, de ex-
pione institu-
tam, definiat.

* Legendum di-
lecto filio no-
stro